



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 52. Noaillii Cardinalis Archiepiscopi Parisiensis indignatio contra
utrumque hunc Episcopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

gnum, & Ecclesiam in deplorandam Sæc. XVIII.
 confusionem conjiciat. A. C. 1710.

§. LII.

*Noaillii Cardinalis Archiepiscopi Pa-
 risiensis indignatio contra utrum-
 que hunc Episcopum.*

Hac agendi ratione Noaillius Cardi- Lafiteau l. c.
 nalis se ab hisce Episcopis haud Denis differ.
 oblique peti ratus, vindictam parabat, du Card.
 stimulantibus Quesnelli fautoribus, qui Noaill. avec
 eidem suggerebant, librum, quem suo quelq. Eve-
 suffragio honorasset, censuris ab hisce quer. p. 219.
 Præsulibus sine luculenta suæ digni-
 tatis ignominia perstringi, haud potuif-
 se, minus vero ipso inscio hisce Epi-
 scopis suas Ordinationes in ipsa Metro-
 poli disseminare licuisse: Non deerant
 tamen Viri pacis studiosi, qui Archi-
 episcopo exponerent, hujus libri re-
 cognitores suis plane partibus defuisse,
 ipsumque nimis credulum fidem adhi-
 buisse judicio eorum, quorum tamen
 doctrinæ integritas sibi merito suspecta
 esse debuisset, aliunde vero ex con-
 stanti Gallicanæ Ecclesiæ usu compro-
 batum esse, quod quibusvis Franciæ
 Episcopis integrum foret, suas instru-
 ctiones Pastorales etiam in Metropolita-
 na Regni urbe distribuere. Atta-
 men Noaillius horum monitis surdas
 præ-

Sæc. XVIII. præbens aures, suam indignationem
A. C. 1710. in Ordinationis divulgatæ Authores
 exerere statuit, præprimis igitur utriusque
 que Episcopi Nepotes ex Seminario quod ejus
 directioni subjectum erat, episcopi jussit, quamvis
 hos ad disseminandas præfatas instructiones operam
 contulisse falsissimum esset: Ex hoc facto plurimum
 injuriæ in se redundare hi Præsules rati, querulas
 ad Regem dederunt literas, in quibus exposuerunt
 se utique hanc injuriam silentio præfuisse, si duntaxat
 de suo suorumque honore, & non de Episcopalis
 Ministerii libertate ageretur; rem autem ad fatalem
 hanc necessitatem esse devolutam, ut vel hæresis
 prævaleat vel populus scandalifetur, dum Archiepiscopum
 in suos Confratres publice & tam indigne
 insurgentem cernit errorem enim ope librorum,
 qui vel huic Cardinali nuncupati, vel ab eis sibi
 que addictis approbati in lucem prodeunt, indies
 magis invalescere: commisso jam Diæcesium grege
 per ejusmodi libros infecto, nequaquam Episcopis
 tacendum, imminente suæ suorumque vexatione
 acerbissima, & quod plus est, in præsentaneo
 offensionis publicæ & vilipensi Episcopatus
 periculo, dumque perniciosi libri ab iis, qui
 præprimis eos proscribere tenerentur, delentur

duntur atque approbantur, loqui tu-
 tum non esse. „Perniciosissimum, pro-
 „sequebantur Episcopi, Quesnelli Testa-
 „mentum a piæ mem. Episcopo Carno-
 „tensi, aliisque pluribus Episcopis fuisse
 „damnatum, haud ignorat sua Maje-
 „stas, quin Noaillius contradixisset;
 „cur ergo nobis indignatur, dum Præ-
 „decessorum exempla sequimur? In
 „reverentiam approbationis, qua idem
 „hunc librum honoravit, non illum
 „prius damnavissimus, quam damna-
 „set ipse, idque post factam Pontificis
 „damnationem ipsum absdubio factu-
 „rum sperabamus: Tunc ergo primum
 „locuti sumus, postquam Archiepiscopa-
 „lis damnationis nulla spe relicta, ma-
 „lum indes latius serpebat, & quia
 „Pontificiæ sententiæ promulgatio in
 „Galliis fuit suspensa, proin malum
 „magis cognitum, magisque periculo-
 „sum erat, eo ipso periculum in mora
 „conspicati contagionem privato nostro
 „judicio prævertendam censuimus. Ergo
 „locuti sumus, quia haud ultra tacere
 „licuit, nec tamen vel verbo a reve-
 „rentia Cardinalitiæ dignitati debita re-
 „cessimus: totum ergo nostrum crimen
 „est, quod librum erroneum & seditio-
 „sum, quem ipse approbavit, reprobavimus:
 „num vero nos suæ approbationis causa vel
 „Authores fuimus? an
 „ipsum,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1710.

Sæc. XVIII. „ipsum, ne suum iudicium ad Pontificis
 A. C. 1710. „cis decisionem corrigeret, præpedire
 „mus? num librum tot titulis noxi-
 „passim fidelium manibus teri permit-
 „tere potuimus? Quæ mala in Eccle-
 „sia, si Episcopi ob humanas ejusmodi
 „rationes fidei depositum, gregisque
 „salutem negligenter? Nonne primi
 „Calvinistæ per ejusmodi libros Regnum
 „infecerunt? mala ex hoc veneno ex-
 „orta adeo sunt recentia, ut merito
 „Episcoporum vigilantiam ad præce-
 „venda pericula haud minora excitent.
 „noster autem Zelus æmulatorum op-
 „pressionem adeo non imminuitur, ut
 „potius augeatur, & nulla humani sa-
 „voris aut odii habita ratione nostras
 „Diæceses a libris errorum veneno in-
 „fectis purgamus. Hinc supplicamus
 „ut Majestas vestra submoveat scanda-
 „lum absdubio oriturum, si ille, qui
 „prior Hæresin impugnare deberet, non
 „ab illa debellanda præpedire, novis
 „que suis exagitationibus inermes nos
 „reddere machinaretur: *Hæreses in Re-*
gnis nunquam prævalere, nisi quando po-
tentes, & suis Confratribus formidabili-
Episcopi errori suffragati sunt, & majora
Ecclesiæ mala sub Christianis Imperatori-
bus ortum traxere ab Imperialium Urbium
Episcopis, qui auctoritate sibi ob loci præ-
minentiam concessa abusi sunt. His ex-
 positis

positis ambo Episcopi Regem exora- Sæc. XVIII.
runt, ut eos in libertate sui ministerii A. C. 1710.
defendere, & permittere velit, ut hæ-
reticorum librorum damnatione oves
suas a noxiis pascuis avertere valeant,
ne eis alii deinceps, quam sectarii ho-
rum Auctores timendi forent. Denique
Regem obtestati sunt, ut Cardinalem
eo inducat, quatenus tandem populi
offensionem, suamque approbationem,
præfatique libri patrocinium suo mu-
nere adeo indignum revocet, & glo-
riosum ducat fateri, quod deceptus
fuerit, si vero id ab eo obtineri non
posset, saltem Rex a tam pernicioso
libro Privilegium suum regium delere
vellet.

Noaillius hac epistola graviter se
offensum reputans, multa de hisce Epi-
scopis, quorum epistolam appellabat
libellum famosum, apud Regem quereba-
tur, supplicans, quatenus utrumque
Episcopum ad reparandam injuriam sibi
factam sua auctoritate compellere di-
gnaretur: Rex æquas quidem esse Præ-
sulum querelas persuasus, debitæ ta-
men moderationis limites transgressos
fuisse doluit, atque Archiepiscopo pro-
misit, curaturum se, ut ei satisfactio
fieret: ambo etiam Episcopi a Rege ad-
moniti, ejus jussis se plene obtemperatu-
ros pollicebantur: Credebantur ideo pri-
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Q vata

Sæc. XVIII. vata hæc dissidia penitus sublata: post
 A. C. 1710. quam vero Malifolius Vapicensis Episcopus
 sua etiam Instructione Novum Testamentum Montense, Patris Juvenerii & Haberti Theologiam, necnon Quesnelli reflexiones damnaverat, tum vero nova exarsere dissidentium studia, quippe Parisienses Canonici, pluresque utriusque Cleri Sacerdotes Archiepiscopum incitarunt, ut injuriam a Jesuitis sub trium horum Præsulum nomine sibi irrogatam ulcisceretur.

§. LIII.

*Ejusdem Cardinalis Instructio contra
 trium horum Præsulorum Ordinationes.*

*Reflex. sur
 les Ordon.*

*Preface Hist.
 des Hexaph.
 pag. 14.*

*Lafiteau l. c.
 pag. 104.*

Horum impulsu Cardinalis Noailles die vigesima octava Aprilis anno sequenti Pastoralem edidit Constitutionem contra Rupellensis, & Lucionensis Præsulorum Instructionem: Hos infimulabat, quod Jansenii errores impugnaturi, tertiam ex quinque propositionibus damnatis adoptarint, & vigesimam sextam, necnon vigesimam octavam Baij propositiones innovarint: Vapicensis vero Episcopus in sua Instructione cum tanto despectu de S. Augustino locutus sit, ut videretur velle suos Diocesanos ab ejus Operum tanquam periculosis